





SUAREZ

OPERA OMNIA



4

BX890

S8

V.4

C.1

230





1080042158



*Epist. 34*

R. P. FRANCISCI

**S U A R E Z**

E SOCIETATE JESU,

**OPERA OMNIA.**

**TOMUS QUARTUS COMPLECTENS**

TRACTATUS QVINQUE AD PRIMAM SECUNDE D. THOME; DE ULTIMO FINE HOMINIS AC BEATITUDINE,  
DE VOLUNTARIO ET INVOLUNTARIO, DE HUMANORUM ACTUUM BONITATE ET MALITIA  
DE PASSIONIBUS ET HABITIBUS, DE VITIIS ATQUE PECCATIS.

CUM INDICIBUS NECESSARIIS.



SUARER

OPERA OMNIA

EDITIO NOVA, A D. M. ANDRÉ, CANONICO RUPELLENSI,

AUCTORE OPERIS CUI TITULUS : COURS DE DROIT CANON,

JUXTA EDITIONEM VENETIANAM XXIII TOMOS IN-F° CONTINENTEM, ACCURATE RECOGNITA

TOMUS QUARTUS.



PARISIIS

APUD LUDOVICUM VIVÈS, BIBLIOPOLAM EDITOREM,

Via vulgo dicta Cassette, 23.

MDCCCLVI.

R. P. FRANCISCI

# SUARER

E SOCIETATE JESU

## OPERA OMNIA


EDITIO NOVA, A D. M. ANDRÉ, CANONICO RUPELLENSI,

AUCTORE OPERIS CUI TITULUS : COURS DE DROIT CANON,

JUXTA EDITIONEM VENETIANAM XXIII TOMOS IN-F° CONTINENTEM, ACCURATE RECOGNITA

REVERENDISSIMO ILL. DOMINO SERGENT, EPISCOPO CORISOPITENSI, AB EDITORE DICATA.

TOMUS QUARTUS.



PARISIIS

APUD LUDOVICUM VIVÈS, BIBLIOPOLAM EDITOREM,

Via vulgo dicta Cassette, 23.

MDCCCLVI.

53465

37810



BX 890

S 8

V. 4



# BALTHASAR ALVAREZ

E SOCIETATE JESU

DOCTOR THEOLOGUS

AD LECTOREM.



Cum universa Theologia Scholastica tribus primariis, ac majoribus partibus contineatur, ut Auctor in suo sequenti procemio admonet, ea, scilicet, quæ Deum in se Unum ac Trinum considerat: altera, quæ de eodem, ut causa efficiente creaturarum, disserit, quas late prosecutus est, editis jam voluminibus de Deo, de Angelis, de Opere sex dierum, et Anima: tertia, quæ de ipso Deo ut fine superiori naturæ rationalis, atque adeo de mediis illi accommodatis disputat; et partem hanc tertiam, quod ad media attinet, ad exitum fere usque perduxerit, excisis de Incarnatione, ac vita divini Verbi, de Sacramentis, Legibus, Gratiæque, libris tam multis: illud ex ea parte reliquum erat explicandum, quod de fine ipso, et actibus nostris, quibus obtinetur, aut amittitur, disceptat. Sed ecce tantæ litteratorum hominum fortunæ obvia mors commune illorum perfugium dejicit, parcere nescia, doctaque miscere rudium pariter funera, atque sapientium. Ergo quas eo de argumento, vel per Hispaniam, non uno in loco, vel Romæ commentationes olim dederat auditoribus (quæ etiam in terris regio, aut Academia eximii Doctoris monumentum aliquod non cuperet, non quæriraret?) veluti subsidiarias proferimus: ac si lacinosas minus, minime certe degeneres, minime enerves, ab ipso videlicet Soarii Marte progenitas. In quibus plane nobiles aliquot scriptores non parum præsidii in ejusdem argumenti opere vulgando habuere. Tantus scilicet erat tunc, ac fuit semper, Soarii candor, tam minime invidabat unquam poscentibus labores suos, ut nulli penitus eos denegaverit, illo titulo, quod essent a se prælo subjiciendi. Quoniam vero solemne illi quondam fuerat disputationum titulis prænotare majores dubitationes, subindeque in varias sectiones distinguere, hac in editione id observamus religiose: quanquam posteriore consilio pleraque volumina per libros, et per capita prudens distribuerit.